

Quinetiam tertia differentia doloris capit is quinto incipit die, & ad quartū decimū prorrogatur, propter ea q̄ non admodum calidus sit, neq; festinet, indicio est q̄ incipiat quinto die, & qz adiecto septenario primis quiq; diebus omes fiant duodecim. Duodecimū vero non esse decretoriū, neq; etiā fieri posse vt vnum anticipet diē. Ostensum enī iā est eum esse limitē acutissimorū morborum propriū, itaq; merito i quartū decimum excidit.

G L O. De iudicatione earum egrotationum que talibus sipto. predite erant, dixit in precedētibus, vt scilicet vomitu finirentur, sed quo tempore talis futura sit iudicatio, siluit hucusq; disserit tamen id in presenti textu. & sub triplici termino clauditur talium exitus, vſq; ad. 14. exclusue, vbi acuti morbi finiri solēt. terminus autē a quo, vnde tales termini initiatur, est doloris presentia. qui & si precedenti textu vt creticum simpto fuerit celebratum, i presēti cōcomitā tales morbos, etiā a principio intelligi potest. quo simpto ex incremento qd suscipit i certis dieb⁹, promittitur iudicatio in sequentibus decretoriis, qui certa precedentī dierū indicantiū lege adstrangunt. ac presuponēdū, dies incidētes ex vicinitate, indicātes decretoriosq; denominari. sicut tertī⁹ & .5. in vicinitate ad. 4. diē. ita. 9. & .11. nā septim⁹ dies illis, & .14. 11. prebet vigorē. Natura. n. si a morbo nō vrget, séper differt iudiciū ad eos dies, i quib⁹, a supernis aspirationē suscipiat. cū cōsideratiōe supra habita super hoc. & licet i trib⁹ terminis ab Hip. in litera descriptis, iudicatio sit in cōplecta septimana, a termino inchoactuo. puta i. 7. die. q̄ est vera septimana & simplex. nō est tñ illa cōputatio sic precisa in sequētibus, sicut i prima septimana. volo dicere, q̄ plus differt. 14. dies a .5. vbi dolor incepit fortificari, quā. 7. prima ab initio morbi. nec op; adeo exacta eē signa q̄ indicat pro. pria septimana, sicut p sequētib⁹, potissimū si refferas equā lē distatiā. S; aliquot dubia iam offerunt i presēti, p maiore declaratiōe. Primum ē si i scđo & .3. exēplo text⁹ possit intelligi ēt ab initio morbi comitari dōlorē & fortificari in illis diebus de quib⁹ in textu mētio fit. scđm, pro tertio exēplo. si dolor grauans in .5. si indicat. 14. vt litera videtur sentire. tertium, sū in exēplistext⁹, vbi a die fortificationis doloris cōputatur iudicatiois dies. si dies precedētes doloris incremētū, si sunt dies istius morbi & cōputatiois. Et de hoc vltimo dicimus dies morbi eē, cū nomē sortiant p distatiā ab initio morbi. sed cū in talib⁹ actio nature in morbū aut vice versa nō appareat ob siptomatū absētiā. quasi nō merefici dies morbi iuxta sentētiā Gal. cōt illi⁹ exquisita tertiana in. 7. periodis, ad instar inseparabilis in. 7. dieb⁹. ergo a diebus incrementi morbi fit computatio pro diebus creticis. quia vſq; ad illū tēpus nec parue rixe, precessere. 7. ergo dies computetur a die doloris, qui cum in primo exemplo, cum morbo inchoauit, decēs est naturam vrge ri a morbo. Et sic domesticum hostem non est q̄ tolleret per prolixum spatium. Sed facta fortificatione doloris in prima quarta die vbi creditur

creditur naturam, iniuisse certamen crisis in prima .7. videbitur. quod non
 caret dubio, nam & si signa crisis ad sint, non necessario promittit crisis. vt vi-
 sum est. 3. de crisi. ite morbus solui in .7. die, non erit, nisi aliquod signum mani-
 festum coctionis appareat antea, nā tunc, in .7. liberari, est necessū. Luxta ip-
 sum Gal. 3. de crisi. in serie q̄ incipit, op̄; igit̄ mentes diligēter adhibere &c.
 Dic q̄ textus presens non affirmat talem infirmum vindicari per crism. sed
 duntaxat vindicari. & illud necessario erit, vbi morbus a principio incipit
 sic affligere, vt vna, incipient infesta symptomata, puta dolor. & qz non fuit
 terribilis ab initio, ideo in primo quaternario non fuit vindicatus, sed in pri-
 mo, a fortificatione doloris. hoc est, in prima .7. que terminat scdm quater-
 nariū. presupponitur seper errorē non cōmitti, quo i plus differri, esset neces-
 sum. itidē tēporis cōstitutionē non esse sūme frigidam, humoresq; crasos, cō-
 plexionēq; ipsius, non esse etiam frigidam & humidam, nam talibus etiam
 fortificato dolore in .4. nec mirum esset ad .9. aut .11. differri iudicationem.
 Si autem illa fuerint conformia tationi crisis expectate, in die predicato,
 certo indice, inuariabilis erit ea lex. Et ideo Hip. in fine huius textus. Ter-
 tiū. n exemplum introducens inquit, pro eis tribus, & talia quoq; secundū
 rationem ex prioribus eis accident. A morbo autem vindicari, non est idem
 q̄ per iudicationem liberari. nam crisis non accidit nisi magnis, & potissi-
 mum cum veloci motū. Consuptio autē omnibus. & prefacte conditiones
 de quibus diximus, seruande sunt in omnibus tribus exemplis textus. vt ac-
 celeret, aut tardetur iudicatio. put̄ talia in vnū, aut aliud latus, inclinatur
 & cum inditia mixta sunt, utriq; parti fauentia, solertissimi ingenii est ta-
 lia diffinire. tria tamē sunt, que si videantur in die indicante, puta velocitas
 motus morbi, ipsiusq; fortificatio, ac signa perfecte cotionis. obligant vin-
 dicari egrū in proximo die decretorio promisso. potissime si alie cōdicio-
 nes non pugnant, de quibus dictū est etiā, si a principio morbi per dies ali-
 quos, ita lentes fuerit morbus, vt saltim priuatue possescensere, in sat lon-
 gos dies differendam iudicationem, quorū omniū bonorum, dux est nobis
 Gal. dicto. 3. libro de crisi loco citato. Ex quo nemo dubitare poterit, si iam
 Hip. in presenti truncatam esse, & egere suplemento eorum, q̄ ex Gal. sum-
 pta sunt. nam Hip. duntaxat. de quadam morbi fortificatione, ex manife-
 statione sipto. declarata locutus fuit. ad aliud quod querebas. si dies .14. qua-
 tandem ille tertii exempli morbus finitus est, vti acutorum natura clausus
 adhuc (ob quod non omnino pigri motus) quod in prima .5. die doloris for-
 tificatio indicauit, ostensa fuerit per .c. diem fortificationis doloris, tanquam
 per indicem, vti .4. est .7. indicatiua. Dic q̄ solum priuatue ostendebat, mo-
 do sic pigrimot⁹ morb⁹ erat, vt vscq; ad .5. nūl inualuit symptomata, nō posse
 citra .11. terminari. qz si p̄cipiū fuit plixū, ea p̄portione differt iudicatio. au-
 gmenti aut tempus, si significatum est in prima .4. vel .7. iam sperandum est
 aliquid

aliquid in .14. sed in .11. certificabitur, qualiter succedet. Hec Gal. 3. de crisi. Dico ergo, q̄ sicut nonus iudicat, & ex Gal. in cōmento presenti. nec per rei terationem quaternari , quia deficit. Nec septeni, quia superfluit . ita & .5. dies incident, vt nona, aliquid hahet indicare , & iudicare. quatenus in cidētes sunt . ergo augmēti morbi inditio apparēte in .5. die, extat ī ratione non transire morbū .14. diē ppter illū velocē motū, quē incipit de nouo acquirere. sed cū .11. dies iudicet morbos incipiētes fortificari in .4. quare .12. nō eos q̄ n. .5. cū .12. sit. .7. dies a quīta, respōdet Gal. ī cotō, qz natura nō adiūcta aliquo celesti fauore eo die, nō intētāuit belū. quare aut nō in .11. dicit ī cotō qz nec fieri potuit, vt vnu anticipet diē. q̄ verba obscura sūt, & ambigua. nā q̄ re nō in .13. qz dimissa. .11. .13. videbat cōsonātior. morbo fortificato ī .c. die. Si iste morb⁹ fortificabat in diebus parib⁹, verisimile eēt, nec āticipare. .12. p diem, nec posponere vnu diē, sed duos ad. .14. q̄ est par, & vere cretic⁹, vbi & motus morbi, & nature, vna, cōcurrerent. sed qđ mihi nō fauet, vt ea acep tē solutionē, est, q̄ morbus iste, fortificat⁹ est cū dolore ī .c. die, q̄ est ipar die, ergo videtur, q̄ ipsi⁹ motus, debebat eē potius in .11. aut .13. quā ī .14. Gal. fuit cōtētus dicere, q̄ non erat p̄le, p vnu anticipare diē, sed cur nō in .13. concūit. crederē ex illo verbo (neq̄ posse fieri vt anticipet) sūmi solonē, vt s. esset tardi motus, qz sic in .11. posset iudicari. in talibus autē crisis est in die, quo ex parte nature incipit belū, & tum ex parte materie morbi, talis est. .14. Quod si tibi nō satissimū facit, excito te ad vltiora. De primo vero punto. credo. in illis duobus exēplis, prioribus diebus non eē dolorē. alias non sic differeretur iudicatio, vt in primo exēplo declaratum fuit. quare &c.

32

Hec accidunt viris et mulieribus potissimum in tertianis. minoribus. natu accidunt ēt in illis potissimum in febribus cōtinuis & in veris tertianis.

C O M M E N T V M E G A L E · N I

In hoībus perfectis de quibus assolet ferre virorum ac mulierum appella tionē in oī febre tertiana hec accidunt, ppter ea q̄ etas biliosissima existat.

In minorib⁹ vero natu non in oībus, sed solūmō in veris tertianis, que īquā biliosissime sunt. Porro accidunt per morbos accutissimos, nā hi quoq̄ biliosissimi sunt, constatq̄ vt perfectis multo magis eueniant. Id enim predictis consequens Hippo. nequaq̄ adscripsit, qz a nobis intelligi facile possit.

GLO. Si memores sumus doctionis eius in matetia de abscessibus, hoc loco, eadē seruare legem clare percipiems. nam ibidem, de tempore quo abscessus expectari poterat, & cui etati facilius, plene dictum, est cum igit̄ ad febrium iudicationē per vacuationē se trastulit, iā in pcedēti textu, quo tempore futura es̄t et talis iudicatio plane apperuit, sub triplici termino, modo vero qua etate, talis iudicatio fiat, determinat. Per voculam demonstrantem , aut relatiuam Grammaticorum . Hec scilicet vomitiones accidunt , aut alie configurate Vacuationes . Morbis scilicet iīs de

de quibus disserit. etate prouectis. & minoribus natu. hac distinctioe, q̄ etate perfecta, in tertianis, minoribus vero, in veris tertianis, & febribus continuis. Super cuius textus expositione, primo enucleare licet, aliquot litera lia magis, deinde ad intimiora procedere, per ea que in scđo libro in textu vrina nigra in viris & mulieribus pessima. & sic ex Gal. in presenti cotō. etatem pfectā appellat Hip. eam, q̄ contribuitur vtriq; sexui, cū perfectissime sc̄e habet, ita q̄ eo tēpore, quo vir perfectus est robore, & generandi potentia, & ipsius appellatioe mulier, det nobis intelligi, hoc qđ voluit Hip. I. etas consistēdi. cuius inditiū, cū addat statim, minorib⁹ natu. sicut ipsa pcula vsus fuit, supra eo textu (talis abscess⁹) ergo duplex etas introducitur, & ea q̄ est ad. 30. annū circiter, & ea q̄ citra illū est. non facta mētione de ipsa prima senectute, qz in talibus ea febris magis abscessu, quā vacuatione fini retur. vt supra de humorib⁹ crasis in etate florēti, & constat q̄ ibi inuimus, cādem esse pportionē humorū subtiliū ad etatē imbecillam. Notandum v̄ terius literaliter, etatē florentē esse biliosissimā robustamq; magis, minorem vero, calorismicioris. ita & morbos, quo stangit Hip. in litera differe, ob maiore aut minorē subtilitatē humorū, a quibus pendet. in textu ergo sunt tres conclusiones. Vna implicita, & est, si febre sex biliosissimis humoribus etati florenti occurrāt, nā taliū inditiū esse per vacuationē, est sic p̄spicū, q̄ iure inexpressum fuit ab Hip. Cum omnibus numeris obnoxīis sit talis morbus vacuationi. sed pro duabus, talis sit ratio. eadē proportio est, si refferas humores mediocriter spissos, ad etatē biliosissimā, & florētē. sicut si ad etatē pituitosā magis, & non ita firmā, refferas humores magis biliosos, & subtile. sed ab eadē proportioe, idē effectus emanabit. Ergo hec sci licet tales iudicationes. accident in variis etatibus. si morbi varie nature eis occurrāt, de quibus textus. Sed nō possumus aliquā digressionē nō facere, qua apperiamus, quid Hip. per tertianā, quid per febrē cōtinuā, quid per verā tertianā, intelligat. & licet sepe Gal. & i hac propria materia maledicat contendentibus de nomine, nō plus īmoratus quā ad textus expositionem faciat, acce do, sumēs rationē dubitandi, qualr vocula tertiana absolute pro lata, non cōscernet dignius suppositū, puta exquisitā tertianā. nā si nomē generis aut istius generice speciei, licet p aliqua specie accipere, vt statim videbitur, & apparet in litera, in verbo in tertianis, dignius videbat, de exquisita tertiana intelligi. aut de nullo particulari. Sciēdū ergo est. Gal. 2. de diff. febriū. cap. 11. pertracta. & hāc materiā. & etiā. c. 1. &. 6. epidimiarū cōtario. 2. super textu. Que cūq; tertiane naturā habent, his nox ante accessionē molesta est. ex quibus omnibus locis, omissa agatini perfidia. Dicimus verā certā diligentē. exquisitā tertianā, esse febrē ex colera putrefacta extra venas, quā, aut ex tēpore febris, aut ex signis ipsius materie puritatē indicatis illis locis ac. 2. de crisi. Possumus intelligere, vt. s. vltra duodecim horas non

affligat, infra vero per aliquot, possibile est. si vero tale tempus afflictionis proget, intra spaciū. 20. horarū. tertiana dicē nomine absolute. hoc est, febris intermitteris inuadens tertia die, cuius materia est colera, sed inquam non pura. sed si transeat illud spaciū, quatuor habebit nomina, prout ad. 4. iuterualla potest conducere. nā si affligat per viginti & quatuor horas. dicitur tertiana producta. si per. 30. admodū producta. si p. 36. magis producta. si per. 40. aut plus plurimū producta. si vero ad vterius proget, nō desinet in infibricationē sensibilē, nec intermitteris vere dicet. qz cū ta. e spaciū cōpre hēdat duos dies, & duas noctes, statim succedit dies destinatus periodi. qd ergo habuit interualū inter precedētē & subsequētē paroxismū: cū ipsa ambat oīa interuala, de. 4. q possūt esse, aut saltim tribus. s. duob⁹ diebus & vni ca nocte, aut vice versa. & magis, & minus, put precedens paroxismus pro tendit. Ergo Hip. i textu per tertianā absolute intelligit, q naturā habet tertiane. sed exquisite non sunt, nā tales p speciale nomine explicat & de talibus sic protēsis, merito in dicto textu (nox ante accessionē molesta est) qz si i vris tertianis adhuc, vt ex Gal. sumitur i secūdo de diff. cap. 3. & si cōplecta febre precedēti tertiana exquisita. nullū sit putredinis vestigiū cognoscibile impulsu, tamē non potest excusari aliquod sensibile vestigiū, in die aut nocte precedēte paroxismū vēturū, quo magis i protēsa tertiana, vbi pigre in infibricationē desinit, & exhumorū grauitate accumulatorū, breuiq; inter ualo, necessū est noctē precedentē (quo tempore solēt peius se habere egroti) molestā esse ipsi segrotis. ommitto referre, qualiter ille textus Hip. in scđa apho. quib⁹ crisis fit. nox difficilis sit ante acumē. intelligat plane nō de cri si. sed de accessiōe futura i tertiana. ommitto etiā. qualiter illud dicit ū Gal. de priuatione vestigii putredinis in pulsu i febre putrida. in publico obuiat ip si in. 2. de crisi, restat de febribus cōtinuis vnicū verbum, per quas intelligit Hip. tertianas continuas. nam hec vocula febris continua, nō dicitur apud Gal. 2. de diff. cap. 2. nisi de ea q non intermitterit, & incrementū habet, siue ab uno, aut altero humore pendeat. sed si nocha, est nomine febris inseparabilis, q nullū incrementū habet. Ergo causon apud nos, vbi nullū incrementū se titur. Si nocha est. & sic flegmatica, si daret ex tanta vicinitate ad cor, vt oīs motus nouus occultaret sicut in pria. 4. plane & publice diseruimus. ex quo si nocha febris, nō est apud Gal. febris de sanguine peccante in quā, sed talis est si nochus. vt supra volui tangere. nā si nochus si esset ex sanguine putrido. naturā seruaret colere, & sic per impares affligeret, & in iparib⁹ iudicaretur. Quod ostendimus esse plane, ad versus Gal. 3. de crisi. multa tamen est in his nominibus equiuocatio, nā si nocha genere. i. continua dicit, & q nullam proportionem habet, iterū a continuitate uniformi, si nocha i specie dicitur. Igitur ad propositū textus. cū biliosa vomitio febribus colericis adaptetur, l; continua detur proportionalis ex aliis humoribus, in presenti per

d. talem

talem, aut causonem aut tertianā continuā intelligimus. aut proprius tertianā continuā solū. q̄ si nomine digne sunt, triteophis. dicuntur. & ita. 6. epidemiarū. i. tertianarum naturā refferen tes. nō faciendo vim, si in regre desinat aut solum declinationē febrilē habeant. hec ergo tāta dicta sunt, ad textus presentis lucē. cum igitur exquisit a tertiana, idem & cōtinua, a puriori bile procedat. adhuc sub etate mitiori in eadē iudicationem finietur. proportione ad productā tertianā, aut absolutā, cuius humor grauior est, sed eius pōderis ad florentē etatem. q̄ nomine absoluto dicitur tertiana. Et vulgo nothā, vt genus contrahatur. sic habet ex hoc textu fundamentū, & satis bene ex illo Egidio in versibus suis de vrina. vt ea vrina q̄ in iauene tertianā sim plicem indicare possit, puta citrina intensa. in sene aut puero duplēm ter tianā, aut continuā. Ob quod consulimus interrogare de etate, & id luchi reportabimus, vt simul soleant rustici de sexu diserere, quo magis certifica bimur. pro diuinatione quam expectant. quare &c.

33

CQuibus per tales febrem dolet caput: & pro tenebris ab oculis obfusis hebetudines subeunt oculorum: ac spendor obuertitur: & pro ventri culi dolore circa ilia: aut leua parte: aut dextra aliquid contendit: neq; cum dolore: neq; cum inflāmatione: sanguinē de naribus in his fluere p̄ vomitione expectandum est: magisq; in adolescentibus sanguinis fluorē expectari oportet. Agentibus vero trigesimū annum: aut etiam adultioribus: minus: sed dominionem in talibus expectari oportet. **GAI.**

Talē dixit febrē, qualē inter initia sermonis per hanc iudicauit dictionē. Si quis in febre non exitiosa dixerit caput dolere, id igitur in v̄traq; seruās febre promiscuū fore dixit, vt finiantē per excretionē, p̄prium vero vtricq; adiecit quo genere excretio contineatur, in priore quidē biliosam vomitionem, in sequenti vero sanguinis fluorē. At vero signa id indicantia. in priore quidē visa tenebricosa ac v̄triculi dolorem, in sequenti vero hebetudines oculorum & splendorem. & item intenta ilia circa dolorem & inflāmationē inditia maxima sursum versuſtendentis humoris. Porro supra dixerat sanguinis fluorē comitari decretorie inflāmationibus que in iliis fatigent vnuſq; in minoribus natū, in quibus sanguis exuperat, & rursus idipſum nunc adſctiſit, & item vt bilioſe accidunt vomitiones in consistentib; per etatis vigore. Ceterū libro de morbis vulgariſetiam lugere sponte dixit eos quibus sanguis naribus erupturus est. Hec igitur cuncta cōponēs atq; adiiciens eis, quecūq; aliubi docui, nunq; non presenties futurum sanguinis fluorē, potissimū ſi clare ex pulsu cognoscas indicium excretiois, qđ vſq; quaq; anteuerrit decretorium languinis fluorem. **GLOSA.**

Qualiter in ſimilibus febribus puta non exitiosis, sanguis fluxus loco vomitionis ſuccedat, & quibus signis indicetur, & cui etati talis fluor sanguinis magis congruat, docet Hip. in preſenti. ſi igitur taliter febrienti caput dolat:

doleat, & intensius forte quā aliis, cum sit maiore extensio, & sub diff. percus-
sui seu pulsatiui, & notabiliter grauatiui, nā hec ē diff. doloris sanguini ad-
cripti, scđa primi. & secundo de locis affectis. apprehendatq; partē anticā ca-
pitis, nā & ea regio sanguini correspondet, & si vitio ventriculi in vomenti-
bus ex directo, etiā talis afficiatur pars. succedatq; turbatio quedā in visu
pro obscuritate, interpositis scilicet vaporibus a sanguine, qui cū lucidi sint
corpulentia turbare visum possūt, obscurare minime. & ideo subdit ac splē-
dor obuertitur. Quod Aui. in scđa. 4. proposuit in serie in cap. c. & videt in
firmus fila rubea lucentia. & l; vapor colere adustus obtenebrositatē cau-
set in visu, quia attrior est. cū sanguinis fluxus iudicat morbos colericos, eo
dem capite, etiā sp. endor est orā oculis, sed ad citrinitatē vergens. rubetq;
facies in sanguineo plus. eodem ca. 8. 6. epidi. cotario. 2. in textū. ita vero se
habent plurimi & valde rubentes. & attende q; verbū Hip. in eodem textū
neq; de naribus sanguis erumpit, non pugnat ei, quod diximus. imo dicit
in ea passione, de qua loquitur, abscessum futurum, nisi sanguis de naribus
erumpat. Habentq; lachrimas subito de quo Gal. in cotō. & Aui. codē ca-
pite. sed super eo quod statim accumulat, est difficultas. nā ait, loco doloris
qui in ventriculo erat in priori febre, q; vomitu iudicata est, histalibus su-
cedit quedā tensio in parte dextra, aut sinistra, nec cū inflāmatione, nec cū
dolore. nā supra in libro primo vtiliter iudicate sunt illorū locorum inflam-
mationes sanguinis fluxu, & cōstat, talia loca nō posse, absolvi a dolore. dic
q; ex argumento oritur responsum. nā ex Hip. in 4. a pho. in plurib; testi-
bus, hec in febribus fiunt, idem est, ac dicere, in dispositiōe febrili absq; apā-
te. Ergo in presenti, cum de fluxu sanguinis pertractet iudicante febrē nō
exitiolā, intelligitur absq; apāte, & ideo licet ex ebullitione sanguinis in ma-
gnis vasis q; sunt iecur & liē, aut sibi appensis, causetur tensio quedā prece-
dens crīsim, talis absq; dolore propter obtusū sensū mēbrorū, & absq; apāte
calido erit. Ex quo patet qualiter singulariter Hip. & si in affectibus iliorū
apostemosis, sūme cōmendauit directionē. 6. epidimiarum. In textū ve-
tēporū cotario. 2. in presentiarū non definiuit a qua parte erupturus esset
sanguis, sed ipsum erupturū loco vomitionis adiecit. nō esset peccatum ex
frequentiori euentū anare dextra confluere, ob presentiam iecinoris, potis
sime si tensio maior dextra parte sentiat. Ob qđ ita euenit in iuuēne illo. de
quo Gal. libelo de presentatione. quē fluxū predixit, & ex qua nare visa negli-
gentia floboth. & pomo maxille dextro valde rubeo. in qua narratione nō
est posponēda ea aurea sūia, q; soleant imoderate vacuatiōes fieri, i morbis
fortis impetus, cum coctio non est consumata, aut perfecta. Cum enim nō
est segregatum noctium a iuuaciōe, vtrūq; excernit. Ob quod, prius exū
peranti fluxui, ventosis & similibus adminiculis. Notaq; etiā ibidē, quam
sanguinis quantitatē fluere pmissit, antequā fluxui se opponeret. Notaq;

deinde super hac vacuatione sanguinis retica, quod dixit Aui. in scđa. 4.c.
 74. q̄ accidens in 4. die, significat difficultatem crisis. imo bonus est ille, q̄ ac
 cedit i imparib⁹. & vide si hec, pugnat dictis nris supra, de sinocho. vbi apd
 Gal. 3. de crisi utr exspectat crisis i. 4. sec⁹ i cotinuis proportionalib⁹ cū igit̄ i
 presenti pro vomitione, sanguinis fluor succedit, satis iste sanguis a colere
 conditione distat, potissime q̄ congruit etati magis, qua min⁹ colera abun-
 dat. cum igit̄ crisis fiat hora motus morbi, vbi supra. Talis sanguis min⁹
 inclinaretur ad impares, quā ad pares. Si autē Aui. incubuit textui Hip. q̄
 in diebus parib⁹ iudicantur, iā vidisti Gal. nō venisse in eam sñiam, nos su-
 pra tantisper verificauimus eam, cogita ergo pro solutione. ita non minus
 admiratione est, quod de etatibus subdit. Nā primo libro de hac iudicatio-
 ne inquit, potius exspectare oportet in agentibus. 35. annum. Hic vero in a-
 dulecentibus magis. sed in agentibus. 30. annum aut ultra, vomitionē loco
 sanguinis fluxus. Constat etiā, vt in causa, sit difficultas, nā apertioñis, vena-
 rū & ebullitionis, non est parua pars, copia colere, q̄ sanguini miscet, talis bi-
 lis in etate, puecta concrescit. litera antiqua hunc fugit labore, nihil de etati-
 bus exprimens. Gal. in. 6. epidiwi. cotō primo. super textu. (Soluerit aut sā-
 guis ematans) habet, q̄ & si puerilis etas longe sit ab hoc fluxu, in adultio-
 ribus configuratus est. respondemus, q̄ aliud est comparare iudicationem
 apātum per fluxum sanguis narium ad certū terminum, vt inde alius mo-
 dus crisis possit exspectari, & sic in primo libro sub illis conditionibus. Sub
 alia. n. etate prouetiori, morosior esset talis iudicatio, aut alia. & aliud est re-
 ferre hanc iudicationē sanguinis, ad colere vomitionē, nā pro hac, quis du-
 bitat etatē perfectā aptiore, q̄ tota etas biliosa dicitur, & ita in talē sanguinis
 fluorē minus, & magis i vomitionē secus in priori. itē in primo libro intra
 35. annum, adolescentiam claudit, de qua hic. Ex quibus cū ceteris supra nar-
 ratis, clara erit solutio. quare &c. De conuulsione. Cap. xiii



Pueris conuulsio accidit: si febris acuta fuerit: nec alius
 deiiciat: ac vigileat: paueat: lugeant colorem mutent: & cro-
 ceum: aut luidum: aut rubidum trahant. hec igit̄ nuperi
 me editis pueris proprius accidunt ad septimū usq; annū
 adultiores vero pueri viri q; non in febre prebenduntur
 conuulsione: nisi aliquod indicium extitit validissimum ac deterrimum
 qualia per delirium accidunt. **GAL.**

D E C O N V U L S I O N E hoc loco disputat, q̄ non in parte via cor-
 poris. s. in omni eo infestet, que in pueris prōtissime euenit potissimum lacte.
 tibus, nō minime vero ppter usum lactis, magis q̄ quoties fuerit crassum,
 & qz plurimo alimento & inopportuno utu, nihil aliubi agnoscētes viuēdo
 preter hesitādi cōmoditatē, omne enī neruosū genus in illis debile ē. Cum
 enim tres vires genere existant, ex quibus gubernatur corpus, duabus qui-
 dé

dem pueri q̄ ceteri fortiores habentur.' Vna vero debiliores q̄ ī neruis inne
xa est, & ob eam rē próptissime conuelluntur, & rursus ad habitū nature fa
cillime remeant. Perfectis vero nec facile consistit, neq; desistit convulsio
nis affectus, ppter valentiā in neruis facultatis. Itaq; convulsiō accidit etiā
sine febre ī forti admodū frigore, & copia humoris crudi crassiq;, & itē in
flammatione in neruis ac tendonibus quotiēs originē ad consensū agant. S,
hoc loco de convulsione docet, q̄ per febrē consistat, quēadmodū inter ini
tia subiecit psequi predictiones in morbis acutis & in aliis, quicūq; ex illis
consistūt. Itaq; convulsiones p tales morbos in auctioribus illa significabūt in
ditia, que maxime per deliria defficiliora existūt. Sed potissimū, si partes
in vultu pervertūtur, aut dentes strident, aut oculi crebro mouētur, aut per
uertuntur. In pueris vero sufficiet, si vigilent tantūmō, interdū si metuant
admodū qđ inq; pauere noīauit. Si lugeant intēte, & alius haud quaq; dei
ciat. Hec igit̄ ceu cause sunt, inditia vero convulsionis ad has causas colores
preter naturā habētur indicātes humorū ptuitatē, ex quib⁹ conuelli asso
lent. Pallidus enim aut liuidus prauū qualitate signat humorem, rubidus
vero sanguinis copiam indicat.

G L O S A

Procedit Hip. in presentiarū, ad quodā ppositū nouum, puta de aduētu
vni⁹ morbi, ad aliū preexistentē, vti est convulsiō vulgo spasmus in febre acu
ta, pueris ipsis, potissimū si inditia quedā de quibus in textu, adsint, adultis
autē id non cōtingit fieri, nisi a magna causa. In primis igit̄ ad facilitorē doc
trinā finitionē convulsionis pponam⁹, que sic describit ab Aui. scđa tertii. c.
proprio. est igit̄ egritudo neruosa, qua mouen̄ lacerti versus suā originē, &
inobedientes fiunt dilatationi. in qua discriptione ponit̄ diff. ad ipsū theta
nū. quo affectu, nō solū inobediūt lacerti dilatationi, verū & flexioni. est. n
rigidū mēbrū, hoc ē oppositū duobus spasmis, patet qualr, & si passio lacer
torū dicatur a Gal. non libi pugnat Aui. eā neruorum ponens. affectionē,
est. n. neruus precipua pars lacerti p quā motus. & est pars consimilis, cui a
ctio proprie cōtribuitur, alibi videndū. & constat morbū dici, p ea mala fi
gura, aut qualitate, quā ille contractiu⁹ motus insequit̄. & si pro eo inordi
nato motu, symptomā dicat. libro. 5. de morbo & simpt. & est ppter n̄is mot⁹
quia l;. fiat in organis n̄iter institutis, qz extensiō minime obtēperat. ipē
tuose flectit & cōcutit̄ aduersus voluntatē. De numero autē convulsionū, di
xit Hip. in. 6. apho. in textu. 39. spasm⁹ fit plenitudine aut vacuatione ita &
singultus. Sic Gal. in cotō. ob honorē Hip. n̄icit̄ deffēdere, duplē eē con
vulsione tatu. & talē e dolore ortā, aut quā nō pportionatā ad materiam ap
pellam⁹, inanitione causari. qđ expresse sentit in. 5. apho. cotō. 1. l;. in. 3. de lo
cis affectis. visus sit dare illā tertia differentiā. Ob qđ cōmuniter ipsius sūia
nō tenet̄, imo triplex diff. assignat̄, s. presentia humoris, aut ipsius priuatio
ne, aut aliqua mala qualitate, qua virtus retrahat̄, & simul cōuocet ad se or

gana. Cui respectu, uterque aliorum dicitur m̄lis, s. positiue aut priuatue. sed in illo primo, nulla est ratione materie, vt inde disponatur organum ad contractionem secus fundādo qualitatē, q̄ virtutē afficit. Ex quo non incōuenit, talē cōuulsionē uō pportionatā ad materiā curari p̄ vacuatōne, & q̄ m̄lis nō dicatur & vide si obuiat aph. in. sc̄da pri. que cuncte ex plenitudine &c. nā illā p̄ accidens cōtingit. Isto ergo addito ad suam Hip. nō est opus mentionē facere in textu isto. h̄z lumbricis cōiunctis febrib⁹, talis tōuulsiō si ex talib⁹ oriatur, n̄lla eēt illa ab ista, sic nō pportionata materie. Procedam⁹ ergo ad illum de plenitudine, q̄ fit. humorib⁹ i p̄is occupatib⁹ neruorum corpuletia, vt q̄to fū latum isartiuunt & replent, tñ ipsorum lōgitudo abreuiet, ob qđ verius originē contrahunt cum eo cōcubuo motu, nā tali cōtractiōi obuiāte. Sic musicalium instrumētorum fides hiemali tpe incrassate, si non laxent a musicis i p̄is, rūpunt i p̄is cōtractis magis, q̄ expedit. Similēq; cōtēplaberis dispositionē ob sicutatē supfluā ī eodē fiduci exēplo, q̄ et rumpunt nō laxate est⁹ tpe. sic pili sic corrigie si ignis p̄sentie offerant. q̄re autē ī ethica cum sic exuperati sicutudie nō conuellant mēbra, & si id prohibet sicutatis uniformitas, aut q̄ ī neruis forsā tāta non sit, alibi vidēdū quib⁹ preābulatis, licet ad tex tum accedere. aliquot punta indagādo. primū quare morbus iste sit pueris peculiaris, & que species sit, q̄ ipsiis febrentibus accidit. itē quā diff. facilius incurrāt, & q̄ magis periculosa sit. itē quid antecedit, si febris conuulsionē, an secus. & vtrum horū sit magis timendum. Item si textus particule intelligende sint, per viam cause aut signi. & si ista puerorum etas ad. 2. annum terminat. Itē si adulti alicui speciei conuulsionis sint prōptiores ipsiis pueris. ac demū si de utraq; diff. pars ultima text⁹ intelligat, & de malicia talis sipto. De primo respondeo cum Arist. in. 7. de historia animali. cap. vltimo. in serie que habet solent pueri plurimi conuulsione excipi, & precipue corpulētiōres, & lacte vescentes copiosore, crassioreq; & nutricem latentes sucii plena, & corpuletam, nā cū nerui taliū sic moles sint, ipso lacte copiose iūpto. potissime craso. vbi habet locum illud verbum Aui. cap. primo de spasmō habet sic, materia vero faciens spasmū, non efficit spasmū, & mollificat nisi persuam grositudinem, quasi dicat si mollis & fluida esset, paralesim & nō spasmū faceret toto neruo uniformiter remollito. Habes etiā in ea autoritate, que nutrices sint aptiores, vt ipsarum infantuli securerint ab spasmō. late igit craso, aut male qualitatis simul cū passibilitate neruorum istorum succedit morbus sic peculiaris ipsiis. q̄ autoritas facile ad epilenſiā debet, cōduti. vnde talis morbus, puerorū mater dicit, q̄ plures occupet & extigat & vt plurimum ad. 7. dies. tanquam primum terminum. ob quod ibi vide, causam quare fere in omni natione & lege nomina imponuntur infantibus 7. die. tanquam illum magnum metum posposuerint, & sic ipsorum saluti magis credamus post illud spatiū. vide totū cap. quia brebe & glorioſum.

Dicim⁹

Dicimnsq; deinde, de vtro q; spasmō textū intelligi, & si verba Gal. illi de plenitudine magis adaptari possint. nā si ille de inanitione videatur magis configuratus febri, cum sit calida & sica crasis, inaniat consumatq; humores ob ingluviē puerorum copia iuenit humoris, qui p primū occursum febris dissolutus, ipsorū replete neruos. Estq; inter vtrūq; diff, q; iste de plenitudine longe otius fieri potest, nec valet callunies nos, q; humiditas sit magis lēte actiois ipsa sicitate, 4. pri. & 7. terapēth. nā id de humiditate absq; materia sentiēdum est. Ergo de vno ad alterum trāsire nō repugnat. De alio pūto respondem⁹. neruos incurrere citius spasmū de plenitudine. nec seducaris, q; nerui sici sint, & sic sicc⁹ espasmus i p̄is magis configurat⁹, cū i genere p pportionali sit facilior cōuersio. illud. n. ad morbos cōspicientes crasim conducendū est. secus ad respicientes cōpositionē. & mēbri s̄bām. Vnde facili⁹ nerui replent, q; inaniant. Si autē q̄ris de dispōne q̄litatiua, forsfā cuti, nerui, p pinquāt prio de tēperamētis. & de ip̄ise ēt distingere, vt motiui aut sē sitiui. crederem ad siccū tātilū iclinari. & sic ad sicos morbos. Estq; sic⁹ dure curabilis, cū facili⁹ sit deponere humores supfluos, quā ptes humidas repone. Iuuat q; exicatio calore, q; est potētissima q̄litas. Et nota q; ambo hi spasmī, quodāmodo pueris sunt facilioris curatiois, illi. s. a quib⁹ releuari cōtingit, respectu aliarū etatū. Primo q; a facilioribus causis eos incurvant, ex subiecti prōptitudine. tū q; virtutes n̄feseis sūt vigorose, vnde ad vtrūq; parati. & modifica s̄niām n̄fām, ex dictis Gal. 3. aph. sup textu. (Pueris iuxta plantationē dentiū. q; vis concoquens vētriculi ipsorū sic non ē vigens multū, cum diaria frequēter capiant, crederem ego, ob improportionē obiecti in quātitate. secus de ipsa i iecinore, mēbrisq; reliquisq; virib⁹. Omnia. n. i eis prestātia sunt, q; si inde arguas eos quoq; a sica conuulsione facile libera ri, non effugies dubiū haud triuiale, quia conuulsio sica ponitur in hac scho la incnabilis. Dic q; excipitur etas puerilis, nā ob prōptitudinem disoluē de substantie facile ammittitur, & ob restaurandi robur ita & facile amis̄sa substantia acquiritur, non sic in iuuenibus. nec tamen arguas, q; pueris si ca conuulsio sit magis contraria, vnde difficilius curetur. nam & si respectu illius conotata sicitatis, ipsi videatur pugnare magis, vt tamē deffectu substantie humide acquiritur, otius in pueris causatur, & leuiori occasione, De alio vero punto, clarum est febrem precedere, vti causam talis, aut eliquando, aut consūmendo neruorum substantiam. Si vero precessisset conuulsio, esset medicamentum materiali. iuxta sententiam veteris. Febrem in spasmō fieri melius est &c procedendo deinde ad textus particulas, aliquot se habent vt signa, & simul vt causa. Quedam vt signa tantum. Ventris constipatio etiam ab Arist. capi. citato posita fuit pro causa, quia superfluis retentis, aliquid promptius ad neruos euaporat. ac dolor qui puerulis causatur ex tali constipatione ventris non parum conducit. Linquo autem

in presenti, qualiter aliquot superflua ex spasmus cohibetur, & aliquot eiiciuntur cap. de epilepsia, aliquid dictum est de hoc. Vigilie vero sunt cause, cetera rebrum calefaciendo & debilitando. Est etiam signum nam ex eo concusso motu, interrupitur quies somno necessaria. Item ex grauissimo dolore, quo existantur. Vnde 4. pri. cap. de febre, parcendum est floboth. in febribus ubi miscetur spasmus, nam tales dolore sudore & vigiliis, que omnia sunt peculiaria spasmus deficiunt. pueruli, ergo ex eo dolore lugent, ite & corruptis fantasias agitant vaporum copia iam nervorum originem occupante, cuius causa excitatur cum pavore, ita ut mihi nihil familiarius in pratica in puerulis 'qui ploratus & pavore & si ut signa celebrantur, in timore est clara occasio efficiendi. pro quo, nullus ita exacta causam ut Zoar. c. proprio, ut viso aliquo terribili non visitato cogitativa retrahat se versus memoriam, ut inde sibi consulat, in qua retractio ne nervi una cum miringis retrahitur: & vulgus multum equivoquat super hoc, nam spasmum a timore passum vocat. Quod nos cogitationem appellamus. sed aliud est cogitatio a spasmus, si igitur in febre talia fiunt, minari spasmum significatur. & lugent pueri, quasi ex corruptis formis perterriti, & cum metu existantur. coloris ite variatio, ita peculiare signum est talis affectus, ut nihil plus appeties pro pratica. Significat. n. talis variatio, diuersorum humorum repletio ne, & non temperatatorum, potissimum ubi liuidus miscetur color. De quibus coloribus potissimum liuido, fuse Gal. 6. epidimiarum cotario primo super textum febrium quidem. versus finem coti. Etas autem puerilis ad. 7. annos clauditur ut supra adduximus. deinde nervis, solidioribus tamen per factis, & ipsis meliori utentibus regimine, non succedit conuulsio nisi ut signum. affectus magni cerebri, quo passo conuulsionem ex presenta phrenes, nervi conuelluntur. & communiter si ad eam peruenitur dispositionem, incurabilis est, aliquid dictum est primo libro. nam ut plurimum interimit anhelitu intercepto. ut cap. proprio est videre per Aui. non negando, ut adultioribus, ex causis aliis minoribus, utraq[ue] conuulsio fieri possit, & curabilis sit. quare &c.

35.

Conualituros moriturosque pueros & alios scrutari conuenit omnibus prout in singulis singula relata sunt. SAL.

Id etiam antea dixit. & nunc quoque commemorat, & rursus post paulum dicit, propterea quod utilissimum sit, attamen non id intelligunt plerique medicorum. Sed interdum aliquid prauum videntes indicium, ex quibus contingit viuere hominem criminantur ceu mendacem, quemadmodum rursus bonis apparentibus interempto ego falsissimum esse Hippocratem dicunt nondum cernentes ut interdum a multis bonis inditiis unum malum vehe mens peruinatur, & rursus contrario a multis malis unum bonum si vehemens sit.

G L O S A.

Et si hec Hippo. sententia supra commendata sit primo textu tractatus, in titio

verbo (te sollicitum esse) & inferius reppetetur, nō est in vanum talis repetitio, q̄ ut ilissima sit. est igitur in actu prognostico sume commendāda. quam quipia peruerse intelligētes inefficiunt. Nulla ergo egrotatio affirmetur salubris aut mortalī, nisi ōnia signa exacte ponderent examinenturq; ita q̄ vincentibus detur palma & iudiciū. nā inspirationis difficultas, ratio non lata, appetitus prostatio, iniqua signa sunt, & semper malū significātia, sed si talibus stantibus egrū euadere cōtingat, damnādus est Hipp. aut hec ars inficienda minime, quia nō attendisti ad omnia signa, vt Hipp. precipit. nā si fecisses, non damnasses mortis iudicio egrum ipsū, q̄nia ea a totidē bonis, a paucioribus, ab vnicō ingenti virtutis vinci poterant. Quā sententiā singulariter Gal. in primo de crisi pertractans ait, & ppter hoc mirabilis Hippo. in libro prognosticorum. Dic tu in hoc textu. ait, expedit tibi vt agnoscas omnia signa, deinde ea perpendas & ipsorum fortitudinem experiaris. q̄ si obiceres eam ponderationem nō posse certificari nisi effectu rei, & sic prius erit iudicium quam presagium. dic q̄ accommodāda est sentētia quam vidisti in Petro post rei euentū, ad Martinum, priusq; exequatur. Sic in actu curatiō. ex comodo vnius auxili in quoddam singulari, ipsū vendicamus ad similem passionem alterius. & nihil nouum est. Iam sepe extincto infirmitate, recurrimus ad libros ad ponderandū signa, qualiter tanti valoris fuere. sicut in aliqua parte hispanie, suspenso homine agitur de causa. ac colligas ex Gal. ibi tabulam signorū, distributam ad tres gradus tam in bonis, quā in malis. id autem totū, vt plura credas vinci a pauciorib⁹, & pauca nō a multis. & si non sit bonis signis tantū ctedendum, quātū malis. & ideo secūda. 4. solus casus virtutis est malū signum. Nota tamen hoc totū considerationē suscipere ex morbis, vt vnu signum totā fidem habeat, vti screatus in passionibus pectoris, vrina in febribus acutis, item sessio in pulmonia, q̄ plus valet ad malū quā in alio morbo. itē tēpus morbi cōtēplandū venit, vt dejectio nigra, q̄ varii ponderis est initante morbo, aut in fine. 4. a pho. ex qua cōsideratione, vtraq; pars illius sententie Hipp. causā suscipit. vt nec aliatis absq; ratione credamus, aut vereamur irrationabilia mala. Quia in prima parte, bona vincuntur a malis. & secus in secūda. conduxit autē Hipp. pertractare hoc post puerorum morbos, vt aduertas, quot apparentē monstra in talibus eueniant magis, quam in aliis etatibus. integra natuq; tota cōplexione, sepius amissa spe tales reuiuiscunt. Et sic clamat Vulgus, puer, est, dum animam habet, Non dest spes, secus ubi natura deficit. Ut etiam intelligas ex hoc textu. Non esse damnandam hanc Artem. Nec caderē a sui firmitudine. Quod post signa firmi valoris ad mortem, reuiuat homo. Sufficit namq; arti frequentissima veritas. Quanta enim signa timorosa vidimus. Secunda quarta &c. Quod vulgus clamat, ecce homo, cui funeralia parabant. Ergo in nulla etate, sexu ve, profferat

medicus

medicus aliquod iudicium vaguum, sed oībus prudentissime pensatis. nec sic perpensa arte, falli ipsum medicū, est īpossibile, īmo humanū, & si sapien tissimo rarius, de quo in calce. Sic enim fugiemus vulgi dentes, qui obscurare potius, quā extolere nos nictitur nō paruo domesticorū inimicorum adiutorio. quare &c.

36 **C**lēc intelligo de morbis acutis & alijs: quicūq; ex his cōsistūt. **G A L.**

Id scripsit Hip. quō ante dictum etiā preceptum vaticinatus negligentia pariter & audaciam eorū que sīnt eius volumina lecturi, & item quesituri quo pacto cōmemoret quartū diem, atq; etiam sextum suppurationēq; & aquā intercutem, necnon febrē quartanā. Cum enim eo clare scribēte vt nō solum agat de acutis, s; etiā de transiitibus atq; in longā tēporis seriē extētis, attamen talia querāt, quid nā agerent, nīsi id effecisset. **G L O S A.**

Quorum morborū prefigia, & quibus congruant huius libri per tractationes, docet Hip. in presenti, sub sententia q; in morbis acutis, atq; ab ipsiis pendentibus, fundamentū sue sententie ex prioribus patet. nam frenēsis pulmonia, acutissimi sunt morbi. empima hidrops sat lenti. sed de talibus, vt ad apostema iecinoris aut pulmonis successere, alias non essent atinētia huic tractatui. Utilitates nāq; prognostice in talibus sunt necessarie, & de eis satagit vulgus exitū, cū iplos videant vitā agere. quorū comertio inseritur per tractatio chronicorū, qui a talib⁹ pendebāt, vbi prognosticū ex priorū prognostico cadit. quid acutus morbus sit, & q; iis nō conuertatur cū breui, & qualiter longus & breuis opponatur, & ambiant omnē morbus. non sic chronicus & acutus. 3. dierū decretorium in fine expressa sunt. quare &c.

37

Cōportet eum qui sīt recte predicturus sanitatem ac mortē: in quibus morbus pluribus diebus fatigaturus c̄st: & in quibus paucioribus indicia ediscēdo oīa interstinguere estimādo vires eoū inter se: quēadmodū det aliis scripū est: & vrine & screationis: vbi paritet pus bilēq; excreet. **G A L.** Omnia assidue oportere spectari inditia, nec vni credere etiā antea definitū iā est. Sed nunc adiecit sermoni rem vtilissimā, id vero esse dico vires estimari indiciorū oportere non simp̄r has, sed conferēdo eas inter se. Sunt. n. quedam indicia ipsa p se prava magisq; & minus, quorū vires mē surari op; vocabulis, vt antea quoq; explanatū iā est aut exitiosū dicendo, aut exiriosus, aut admodum exitiosum, & itē adiiciēdo vētbū, iam. Nec se cus in bonis indiciis rur⁹ similiter, aut salutare, aut salubre simpliciter, aut magnā obtinet vim, aut etiam cum verbo, admodum. Plus enim si dicatur admodum magnam vim obtinet, q; si nudum ac solum magnam vim obtinet. Sed nunc conferri oportere dicit vires indiciorum inter se non modo sīliu; ver. g. bonorū cū bonis, ac malorū cū malis. Sed et bonorū cū malis, nāq; obhāc cōpationē ea q; siūt p̄ter rōnē inuit. In primis ei agnosces qd nā p̄ter rōnē eueniat, tū aut haudquaq; terreberis & demū cōsiderabis q; ob re

existat, aut quod nā soleat idicare. Sed hec oia in nisi cometariis definita iam sunt maxieq; libro de iudicationib; nec ab re erit. Nunc quod ḡa exēpli reuocare in aīm quādā a cōi initio incipiētes oīs p̄sentiēdi fac̄tatis. Cōsideresi cōueniet i primis vtrū p̄cipue pars vna ī corpore affecta sit, an morb; sit humo rīs ī cōceptacul̄ cōditi, deinde p̄ quā potissimum fac̄tatē p̄culū egro īm̄neat, etenī perpensum iam est, triplicem esse facultatem tum deinceps fa cultatis illi⁹ mala ac bona iditia. Fingam⁹ n. i. fac̄tatē de cerebro matrātē im ppensā haberi, atq; ēt corporis p̄tes ī p̄pessas ac oēm morbum ex putri ma teria fieri duntaxat, q̄ inq̄ febris ē, deinde his ita habētib; ab initio cuncta existere ī vrina bona idicia, hunc hoīem mori īm̄ple ē. Quocirca q̄q̄ aliqdā existat indicium terrificum nō solum nō terreberis quēadmodū pleriq; n̄ie dicorū, s; ēt id iudicationē p̄monstrare existimabis, etenī dolēt caput, ac delirāt, & intuentur tenebricosa quedā ac flaua, & hebetudines subeunt oculo rum, atq; etiam ventriculi dolor, & itē spirrāt diffiſter, & ilia contenduāt rōne iudicationis, & rursus detestationes maligne & screationes, atq; ēt vo mitiones quedā, & itē p̄tes nigrescētes putrescētesq;, & inter mortue homi nē exhibēt p̄ omnia meliorem. Sepe enī ex talibus secretionib; egri facilis spirāt, melius appetunt, meli⁹ dormiunt, dolorem leuantur, ac resurgendo leuiores & in totum faciliores euadunt, perspicue indicantibus his que eua cuantur, expurgari corpus natura prepter spēm superiorem conflictum re pellente. Sed hec oia potestate sunt prodita atq; hoc volumine definita pre cepta de pulsibus tantummō addlēda sunt, que omnia in cōmetariis de pul sibus clare perscripsimus, prorsus silentio dissimulantes sphingis enigmata qualia innumera scripserunt Archigenis sectatores. Itaq; hec oia prompta animo obseruando inspice, conferendo ea inter se, ex his enim poteris pre dicere ea que ab infirmis omittuntur, interdum etiā necessariis ipsis haud quaq̄ exquisite perspecta, quēadmodū sepe numero me vidisti ī iis qui stri deant dentibus ex natura in illis haberis accidēs pronunciare, ita ut existimarent familiares audiētes nō ex medēdi. fac̄tate, s; ex arte vaticinādi talē ex titisse p̄dictionē interdū etiā ī dormiētib; in cōniuētib; oculū, vt id q; in eis ex nā existat. Porro mulieris cuiusdā visus ē adeūtib; nobis dexter oculus, alterū insigniter supare, de qua dixi talē ātea morbū extitisse excessū, & itē ī alio caua admodū tempora, q̄ p̄specto tātisp dixi p̄ nām haberis affectionē. Itidē aliorū crūētos oculos ē p̄ nāz, cōuulsā vero ī alio supciliī p̄tē, aut oculorū aut labororū, & itē nōnlla aīn morbū ex quādā eā fuisse exteriore. Quinēt intermittētē pulsū, atq; ēt puls⁹ varietatē, & alia generis ei⁹dem ex natura in quibusdam haberis dixi vel ipsi segrotis haudquaq̄ perspecta. Quādoq; etiam simul atq; conualuerunt restare visa sunt voces asperas, raucas clangoris emulas, in hoc ex natura in illo ab egrotatione committi. De quibus cum lio de presagiis latius docuerit, nihil ī super necesse h. beo hoc loco necesse

necessē habeō hoc loco recensere, sed sufficiet sūmā in hac heresi dicēdo si-
stere oīonē. Quotiēs n. ex omib⁹ aliis sine piculo videat morb⁹, tale accīns
terrificū ex natura adeflē sciendū est, aut prorsus aī egrotationē fuisse pro-
pter aliquā causā evidentē. Quocirca mihi & Hip. credētes considerabitis
(quē admodū dictum ē) vires inditiorū estimantes, quē admodū ipse predi-
xit. Exépli. n. habuit mētionē, quotiēs pariter pulsilēq; exercet, idq; ab eo
dictum ē per dictionē illā, q̄ ita incipit. Que cūq; spirant dum screatio bi-
liola ē, exitiosa admodum sunt, siue viciſſim bilis ac pus, siue pariter exer-
nanē. Per hāc vero dictionē censuit considerāda esse exquisita rōne omnia
q̄ in egris existunt a bonis ita exorsus. Bona talia sunt, facile ferre morbum
facile spirare, dolorē ſedari, ſputum facile excreari, tum autē deinceps hec
oīa ſiſ recēſuit a malis rursus exorsus. Mala vero his aduersa habent diffi-
culter ferre morbū, ſpirationē magnā, & crebā eſſe, dolorē non ſedari, ſpu-
tum vix excreari, ſitire admodū, corp⁹ ab igne inequaſr detineri. Sed hoc
tibi & prauorum signorum initium doctrine eſt, ab eo aīea prodite ex p̄di-
ta materia, q̄ de excreatione ſcripsit. Vt igit̄ iu his dixi, ita i cunctis agas oī
hil omittēdo, ſed ſcorſum estimando ſingulorum vires inditorum. Dein-
de ea inter ſe conferendo.

G L O S A.

Iste eſt ille tertī⁹ locus, vbi Hip. cōmēdat ſūma ſolertia indagare, ac ppen-
dere de oīb⁹ ſignis viſis i morbis cuiuscunq; q̄litatis ſint, i quibus apte pro-
gnosticandum eſt, vt iudicium futurū ſit, abſq; falacia. qđ fit eorum nām
numerū, & vires cōtē plādo, & ſub equilibrium cōfferēdo. q̄ oīa ſat diligenter
& fuſe p Gal. i cotō. cum p̄limis historiis fideliū p̄dictionum q̄ ſibi euene-
rātate inq̄ certitudis, vt a ſtātib⁹ videref, ex medica arte imp̄le eē venari, ſed
ex augurio poti⁹. id autē, q̄ tales, maleuolo aio & ingēti ignorātia, tāto me-
